



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De mulieribus, quæ aliquo molimine inter se fornicantur. xxvii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

De eadem re. Caput XXV.

*Ex cōcil. Triburi. cap. 8.* **N**Vllus proprium filium, aut filiam à fonte baptisimis suscipiat, nec filiolam, nec commatrem ducatrem, nec illam cuius filiam ad confirmationem antecopum tenuerit. Vbi autem factum fuerit, separentur.

De eadem re. Caput XXVI.

*Ex cōcil. Mogūti. cap. 5.* **Q**Vam detestabile & execrable scelus sit, vnicuique Christiano, filiolam suam constuprare, testatur.

Gregorius papa in dialogis suis. vbi refert quid hominē polluisse filiolam suā, & quia neglexit poenitentia agere, subito miserabili morbo corruptus expiravit; & de pulto, nū solum corpus sed etiam omne sepulchrum, iugis inuisibilis consumpsit.

De mulieribus quæ aliquo molimine inter se fornicantur. Caput XXVII.

*Ex pœnitentiali. Theodo.* **M**Vlier quocunque molimine, aut in se ipsa, aut in altera fornicans, tres annos pœnitentia.

De sanctimonialibus si inter se fornicantur. Caput XXVIII.

*Ex eodē.* **S**I sanctimalis cū alia sanctimali per aliquod m̄chinamentū fornicatae fuerint, septē annos pœnitentia.

De muliere si cum altera fornicata fuerit. Caput XXIX.

*Ex cōcil. Anquirē. cap. 8.* **M**Vlier si cū muliere fornicata fuerit, tres annos pœnitentia. Sic & illa quæ semen viri sui cibo misceret, inde plus eius accipiat amorem, pœnitentia.

De illis qui irrationaliter versati sunt. Caput XXX.

*Ex cōcil. Anciran. cap. 15.* **D**E his qui irrationaliter versati sunt, siue verborū, id est, qui cum pecoribus & masculis se conquinauerint, quotquot ante viginti annos ætatis tales crimina commiserint, XV. annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum: deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum oblationis sacramenta contingent, Discutiatur autem & vita eorum qualiter tempore pœnitudinis extiterit, & ita misericordiam contingat. Quod si inexplebiliter his hēsere criminibus, aegredā pœnitentiā prolixius tempus insumat. Quotquot autem post XX. annos ætatis, uxores habentes, in hoc peccato